



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Curiosa nominum obseruatio, & antiquus ritus illustratus. Capvt XXXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

nomina ab ijs exquisitè affectata recensere.  
Vna inter tot gentes extra Grammatas invenia est, apud quam imponendorum nominum nulla esset consuetudo. Longè sapientius Christiani, qui ab ipsis Ecclesiæ incunabulis cœperunt, SS. Martyrum appellations filij imponere, quod testatur Theodoreus.

Theodo. ser.  
8.

Tὰς ἢ τὰ μαρτύρων προσηγορίας μέλλον  
ἰστινθῶντες ή τὰ τὰ φιλάτεραν δύομάτα,  
χρήσιμοι ἢ τὰ τέτων προσηγορίας έπι-  
τίθενται στοχαζόσιμη, δοράτειν αὐτοῖς, καὶ  
φυλακὴν εἰτεῦθεν μηχανώμενοι.

Μαρτυριον τερδαππελατονες μαγις νοσουν  
ομnes, quād uel amicissimorum nomina. Ad-  
haec suis libris imponere student, quo eis inde se-  
curis atem, & præsidium comparent.

Φυλακή, dixit. Nam & phylacteria dicta sunt.  
Cuius nominis ratio, ut plenius intelligatur,  
sciendum est, antiquos contra venena, & ma-  
leficorum, hominum artes, gestasse quedam  
Antidota, quae ipsi amuletæ, & phylacteria  
confuerant appellare, sicut autem plerū-  
que ex lauro, unde laureuni baculum gestari  
notat Zenobius, contra insidias maleficorum.

Zenob. cōf.  
S. Andag. 12.

Διρύλιον φορεῖ βασικτηρίας θυτολέγειν εἰδό-  
θετοι οι θεότινες έπιβλεψόμενοι, παρόγνη,  
ἀλεξιφάρμακον ἢ δάφνην. Alias sibi ex la-  
pillis, ex quo Dioscorides refert mulieres Se-  
lenite lapide instar phylacterij vfas.

Καὶ αὗται φυλακτηρίου περιάμυνται αὐτῷ  
οἱ γυναῖκες χρωταῖς. Idem codem libro Iaspis-  
des θυτηρία περιάπτα nominat. Alias  
phylacteria sibi ex characteribus, & nominibus  
sacris, qualia erant Iudaicorum, qui legem  
Dei iiii membranulis descriptam instar coro-  
næ deferabant, ut liquet ex sacris, cuius mo-  
xis vestigia nunc etiam reficiunt Abyssini, ut  
notat Larricus to. 2. historia. Hæc qui ob reue-  
reniam sacrarum literarum deferabant, bene  
quidem faciebant, sed qui certos astrorum flu-  
xus innexos sacris literis credabant, tuto cælo  
errabant: nec immerito tales errores, & super-  
stitiones Antiochena Synodus damnavit. Eo-  
dem modo se nomine, & imagine Alexandri  
magni, pulchrios, beatosq; putabant Ethnici,  
nonnulli q; Christiani his pterumq; super-  
stitionibus erant implicati, quos.

Increpat D. Chrysost. in ho-  
milijs ad populum.  
Antiochic-  
num.

Curiosa nominum obseruatio, & antiquus  
ritus illustratus.

### CAPUT XXXVI.

**N**EQUE verò his contenta limitibus fuit, Ritu no-  
sed latius manauit in pueros nominum ministrum  
indendorum superstitione. auctor est D. Chrysostomus.  
nonnullos adhuc sua ætate Christianos, ad D. Chrysostomos  
hos Ethnicorum ritus defluxisse, vt infanti in e. 4. al  
nomina imposituri cereos complures accen- Corinth.  
derent, suo euīque nomine affignaro: puta  
hic Zosimus appellabatur, alter Stephanus,  
tertius Procopius: Atque eius demum, qui  
cæteris extinctis superuixerat, nomen quasi  
longioris æui, & future felicitatis omen arri-  
pientes, imponebant infanti. Ηνίκα δὲ κα-  
λεῖσθαι τὸ παγδιον δέη, αφέντες διπλὸν τὸ δάγκων  
αὐτὸν καλεῖν, ἀεροπλεύσοντο πρώτον ἐποιοῦν  
λόχυν διατεταγμένην, καὶ δύομάτα αὐτοῖς έπιτί-  
θετες, τὰ διαφρέσαντα μέχρι πολλοῦ τὸ πα-  
ύριον ποιεῖσθαι οὐδένων. Εὐθέτεν σολὺν αὐτὸ-  
σοκαλόμενον βιβλεῖσθαι χρόνον:

Hoc ab Andronicus seniore Imperatore  
factitatum, ex G. Pachymerij historia disci-  
mus. Cum enim illi complures puellæ more-  
rentur, mulierculæ cuiusdam suauis sub partu  
vxoris, duodecim cereas imagines virilis sta-  
tuta toridem Apostolorum nominibus insig-  
nitas accedit ordine: cumque partus in tem-  
pus, quo S. Simonis statua ardebat, incidisset,  
puella Simonis est vocata, specie quidem pul-  
cherrima, sed quæ anno ætatis octauo Crali  
Seruite Despotæ nubere coacta, corrupto vte-  
ro sterili extitit.

Hoc idem penè secundum superstitionem Pachymeri  
à D. Chrysostom exagitatum describit Marincus.

Maria (inquit) Petri Aragonum Regis VII. Mar. I.  
vxor prius sterilis, tandem dolo erga maritū 10. regnum  
vsa concepit, &c in ipso partu multis pro salu-  
te parturientis ornatis, filium peperit cum  
summa Regis, & omnium nobilium letitia.  
Infantem natum Regina statim ad Ecclesiam  
misit, ad imaginem Mariæ Virginis. Cum  
puero multis Ecclesiam ingredientibus, sacer-  
dotes, qui matutinas horas recitabant, de ad-  
uentu infantis ignati psalmum canere co-  
perunt: Te Deum laudamus. Hinc ad aliam Ec-  
clesiam profecti omnes atripiunt; Benedic tu  
Do.

*Dominus Deus Israel.* Nec satis, cum Rex (inquit) infantii nomen eligeret, duodecim cerasos albos, eisdem longitudinis, ponderis, molis, apud altare facelli in honorē B. Mariae Virginis, & duodecim Apostolorum iussit accendi, quorum singula nomina singulis cerasi scriperat, destinataque animo, ut illius Apostoli nomen, cuius cereus reliqui extinxerit, & consumptis perdurasset, nomen arriperet. Hac igitur ratione infans Jacobus est appellatus, quod diu Iacobi cereus superuixisset.

Addit illum iam grādem res magnas gesisse, & fortunati nomen adeptum. Qui, quid sit, haec si superstitione fuerint obseruata, merito à D. Chrysostomo arguantur, nec in exemplum trahenda sunt.

*Notatio Literarum numeralium, & eius omnis vanitas.*

C A P V T XXXVII.

**N**ihil non tentauit curiosa obseruatio, et iam numerorum in literulis exquisitam habuit rationem. Credebant enim antiqui superstitionis fide, tantam esse vim in nominibus, ut quæ numeris eminerent, cæteris inferioribus longe præstantiora, felicioraque essent. Quamobrem ducibus singulare certamine congrederentibus, ex literis numeralibus, que in cuiusque nomine reperiabantur, omen capabant victoriae. Hac ratione Hectorem Patroclum, Achilem Hectorem superiorem extitile memorant. Hoe disertè testatur Tercianus Maurus.

*Et nomina tradunt ita literis peracta.*

*Hac ut numeris pluribus, illa sint minus.*

*Quandoq; subibunt dubia pericla pugna.*  
*Maior numerus, qua steri: fauere pal-*  
*mat.*

*Praesagia lethi minima patere summa,*  
*Sic & Patroclum-Hectorē manus per se,*

*Sic Hectorē tradunt cecidisse mox Achilli.*

Hectoris enim nomen numerum habet 1125. Patrocli 871. Achillis 1276. ut ex numero Græcorum ratione, & singularium literarum suppuratione patet. Sic numeratur nomen bestie Apoc. c. 13. & complebitur 666, cui numero responderet nomen Ma'ān 1703. Sic nomen Christi per ambages expressum est à Sibylla.

*Τέσαρα φωνήστα φίρετά δι' ἄφωναδο*  
*ἀντρα*  
*Διοσκόριον ἀγγέλων, ἀρθμὸν δὲ ὅλον Ιησοῦ-*  
*μίνω,*  
*Οκτώ γὰρ μονάδας, τόσας δεκάδας ἐπὶ*  
*τέτοις,*

*Ηδὲ ἔκατοντάδας ὀκτὼ.* Hoc efficit nomen Iesus 888. Per numeros igitur nomina exprimere non est nouum: sed inde futuri omnia captare, est irreligiosum, & vanum. Bello, quod Mauritius dux, Saxoniæ elector, contra Carolum V. Imperatorem pro liberatione Landgravij gesit, follicitis admodum Mauritanis, quem exitum ies habitura esset. Quidam per iocum iussit eos bono esse animo: nam à Carolo vinci Mauritium non posse, causam rogatus, respondit veteris diuinationis esse fiduciam. Nam, ut Achillis viatoris nomen numeris, qui literarum notis indicarentur, plenius esset, quam Hectoris, sic Mauritij statim initio nomen, Caroli nomine esse numerosius. Congruit omen eum existi, sed tamen futilem diuinationis rationem arguit, quod eodem nomine Mauritius Imperator à Phoca victus est, quem pleniori appellatione antecellebat. Ipsi demum postea Ioannes Eridericus Saxon, & Philippus Landgravius, cum plenissimis nominibus Caroli armis bello Germanico cesserunt. Ex quo nihil inde notationem nominis capere roboris planè certum est, cum quotidiana experienciam hanc anilem vanitatem sati confundat.

*De Anagrammatismis.*

C A P V T XXXVIII.

**A**notationem nominis illustrandam nō raro afflumuntur anagrammatismi, quorum vetus antiquissimus, in hac usque tempora dimanauit. Credibile est, à Iudeorum coepisse doctoribus, qui nata ad huiusmodi litterarum obseruationes ingenia habuerunt, qua deinde lingua Hebræa in his noniūnum intersonibus fœcunda quam maximè felicitas, non mediocreter adiuit.

Primum Genesios verbum, בְּרַשִׁית, quinquagintaferme modis pervariatos anagrammatismos inuententes Rabbini lectorum, è quo tandem sensum illū confecerūt.

Y; F.